



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Ioannis Andreæ Coppensteinii, Ordinis Prædicatorum
Theologi & Parochi Heidelbergæ Castigatio Apologiæ
Calvino-Catecheticæ**

Coppenstein, Johann Andreas

Moguntiæ, 1626

III. An tota in terris Ecclesia Dei sit Visibilis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35247

par. 1.q.1.2. &c. par. 2.q.14.15.16.17.18.31.32. In que
Antichristo par. 1.q.1. & p.2.q.5. &c.

DE MVM. Merè Lutherο caluinisticum, i. falsum
est, (tua recipē verba) adeoque hæreticum: 1. Christum non, sub uno in terris Capite Papa suam
colligere Ecclesiam: de quo suprà quest. 31. 2. nec
Ecclesia membrum esse: Non esse posse, & debere:
3. Me perpetuo mansutum; Non sperare mansu-
rum: de quo ad quest. 1.

III. An tota in terris Ecclesia D E I
sit Visibilis?

MINISTER Romanæ culpar hæresin Ecclesie du-
licem: quod doceat, 1. Totam; 2. Idque inter-
ris semper, esse Visibilem.

1. Nos TOTAM Inuisibilem dicimus dupliciter: 1. Totam Vniuersalem, quia comprehendit & Militantem, & Triumphantem: certè secundum Cœlestes dicitur inuisibilis. Probatur ex ipsi aduersariis: rex Turcia-
no Ieluita tractat contra Volanum l.3.c.4. Si igitur Ca-
tholica Ecclesia partim est visibilis, partim inuisibilis:
ergo Catholica secundum suum Totum non est visibilis.
2. Qui comprehendit vera & viua materia Ecclesia.
Quia enim multi sunt hypocritæ, qui exteriori sunt in
Ecclesia, ideo videi non possunt: si uocognosci, qui
ad Ecclesiam pertineant. 1. Tira 2. Cognovit Dominus,
qui sunt eius.

II. Deinde: Totam NON SEMPER esse visibilem,
doceamus per actes singulas. Ambr. in Rom. II. Multi
Israelites per speluncas occulti sunt propter Achab. &c.
Item 2. Paral. 15.3. Vbi erat sub captiuitate Babylonica
per annos LXXX? Vbi tempore Christi patientes? In so-
lane B. Mariae? Ait Costerus; Mardonius pè & vul-
go credit; Bellarminus, etiam periculum id ait, & ver-
rum non esse. At amen certum fuisse tunc Ecclesiam;
ut in perpaucis. Vbi visibilitas erat tempore per ec-
cutionis Arianae? Hieron. in epist. ad Lucifer. Ingenuis
orbis esse Ariannum esse admiratum est. Sic & Pon-
tificii quidam ac S. Patres.

R E S P O N D E O. AD I. Ista infelicitate effu-
gitia desperantium distinctio est pro Invisibili-
tate Ecclesie. Prius membrum, eti verum; ta-
men à scopo erroneum est: nam de Ecclesia tota
in terris est questione. Minister magistralis autem
sophista concludit ex una parte sola de toto.
Hæc Musa dic cuius generis est, & toni, & cho-
ri? Ecclesia est genus ad species Militantem vi-
sibilem, & Triumphantem inuisibilem: sicut
animal est rationale, & irrationalis: ergo totū
vel omne animal est rationale? Credite Logi-

stæ; si credere fas est Apologistæ, philosophia Prisciano. Posterius membrum est hæreticum: vera & vita membra ecclesie internæ ab solo Deo, non ab hominibus videri possunt. Ergo est inuisibilis. Ecce gladium Goliath; sed ficalneum. Infelix Lutherο caluinianæ Ecclesia patrocinium hoc; an latrocinium? Certe iugulat se ipsum & Ecclesiam eorum ipsam. Quia autem dicit, non docet hæreticus: vide docentem in meis Lutherο caluin. par. 2.q.35.36.

A D II. Partiunt montes singularum Extatū; & nascitur ridiculus mus. Dico ad singula: Israelitæ; vt occultati; erant tamen visibiles. In ipso Babylone, erat visibilis ecclesia, licet pressa: Sub Christo paciente, erat Ecclesia Visibilis in & Christo ipso, ac Matre eius: In Christo; sicut in Adamototus hominum futurus mundus erat visibilis; sic Ecclesia in matre Christi; sicut in Eva sua posteritas. Italegatus Reip. vnum repræsentat Remp. totam. Sub Ariana persecutione, Ecclesia erat visibilis in Capite Papa, in Clero Romæ, in Concilijs Generalibus Nycæno, & Constantinopolitano: inque Provinciis multis toto sæculo quarto. Vide meam Historiam Demonstrationem continuatæ Fidei Romano-catholica in sæculo IV. V. Ergo TOTA interris Ecclesia vera SEMPER fuit, est, eritque visibilis.

AD QVÆST. LX.

Quomodo iustus esse potes (es) coram
D E O?

I. **M**INISTER pro Catechetico Es. Parochus supponit. Ese potes iustus quod manifeste f. l. l. contra Rom. 5. Pacem habemus cum D E O. 1. Cor. 6. Iustificatis &c. Sed de hoc Poste Parochi supra q.1.

R E S P O N D E O. Excaluinzare hic debui Lutherο caluinianam Certitudinem salutis Specialem, & Solifidiam. Quod dogma (tuare recipere verba) manifeste falsum esse, friuolum, atq. erro-
neum, docet S. Scripturam Antichristo meo par. 4.
q.32.

II. MINISTER. Catechesis responder questioni:
1. Sola fide in Iesum Christum? 2. adeo ut, licet me misa con-
scientia accuset; 3. quod aduersus omnia Dei mandata. +.
grauius peccarim. &c. Parochus ad 1. addi. Nequa-
quam sola. &c. Friuolum, falsum, erroneum. Secundū,
3.4. in 4.